

SI CHRISTI FIDELES vom 17.3.1348: hochrhetorischer Kreuzzugsaufruf Clemens' VI. Steht wohl im Zusammenhang mit den Plänen zur Kirchenunion.

E. Déprez/ G. Mollat, Clément VI (1342–1352). Lettres closes, patentes et curiales, intéressant les pays autres que la France (Paris 1960) n° 1605.

SI FRATRUM ET COEPISCOPORUM vom 31.3.1317: →Johannes XXII. über das Reichsvikariat der Päpste in Italien.

Friedberg, Corpus Iuris Canonici (Leipzig 1879) Bd. 2 Sp. 1211f.

SI GRATANTER ADVERTITIS vom 8.12.1316: →Johannes XXII. reserviert sich auf drei Jahre die Einnahmen des 1. Jahres aller vakanten niederen Pfründen. Der Vorgang ist aber nicht ganz durchsichtig; er gilt als Beginn der →Annaten. Die Urkunde ist registriert in Vatikanisches Archiv, Reg. Vat. 63 fol. 377v.

si in evidentem: Schlagwort in →Register und →Summarium. Die Erlaubnis zum Verkauf von Kirchengut. In der →*forma iuramenti* der Bischöfe und Äbte wird das Einholen der Erlaubnis ausdrücklich vorgeschrieben. Ein solcher Verkauf ist nur zulässig, wenn er *in evidentem utilitatem* erfolgt, wie die Konstitution →Pauls II. →*CUM IN OMNIBUS IUDICIIS* vorschreibt. Allerdings sind die schauerlichen Beschreibungen des ruinösen Zustandes der Kirchen, womit der Finanzbedarf gewöhnlich begründet wird, nicht ohne weiteres ernst zu nehmen. Die Expedition erfolgt →*per cancellariam* (oder →*per cameram*) – mit Insertion der Urkunde Pauls II. –, bei geringen Beträgen (→Staphylaeus S. 295ff. Nr. 39 und S. 527f. Nr. 1f. nennt 100 duc. Wert oder 5 duc. Jahreszins) ist auch die →*expeditio per viam correctoris* oder als →*sola signatura* gültige Supplik möglich, nur im Kirchenstaat auch als →Breve.

→Mandosius fol. 67v–70r

si ita est → *veritas precum, subreptio*

si mulier rapta non fuerit: Klausel in →Ehedispensen, die dadurch ungültig werden, falls verschwiegen wurde, daß der Ehemann die Braut zum Zwecke der Eheanbahnung entführt hatte. Ob dies mit oder ohne Einvernehmen der Braut geschah, dürfte juristisch keine Rolle gespielt haben.

si neutri: Schlagwort in →Register und →Summarium. Gewährt die Übertragung einer Pfründe, um die zwei andere Personen prozessieren, für den Fall, daß es keinen von beiden (*si neutri*) gelingt, sein Recht zu erweisen. Also das Prin-

zip des lachenden Dritten. Raffinierte Pfründenjäger lassen sich ein *si neutri* von vornherein ergänzend zur Pfründenprovision ausstellen.

→Mandosius fol. 19v–20v

→Amydenius S. 330–334

si nulli: Schlagwort in →Register und →Summarium. Dasselbe wie →*si neutri*, nur mit mehr als zwei Prozeßparteien.

SI PASTOR OVIUM von 1550: →Julius III. ruft (verspätet) das →Heilige Jahr aus.

Hermannus Schmidt, Bullarium anni sancti (Rom 1949; Pontificia universitas Gregoriana. Textus et documenta, series theologica 28) S. 67–70 Nr. X 1

SI POPULUS ISRAELITICUS: eine →Arenga von →Ablaßurkunden, besonders für Marienkirchen. Text und Übersetzung siehe Datei 39.

Si qua igitur, die →Sanctio negativa der →feierlichen Privilegien, →Korroborationsformeln.

Si quis autem → *Nulli ergo*

Si quis vero paginam nostre definitionis (oder andere Ausdrücke) *infringere vel temerario ausu contraire aut attentare praesumpserit, indignation omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum*: "verbesserte" Form der Formel →*Nulli ergo* im 20. Jahrhundert.

SI RELIGIOSORUM VIRORUM: eine →Arenga für →Ordensleute. Text und Übersetzung siehe Datei 39.

SI VERA SUNT vom 9. und 20.6.1239: Urkunden →Gregors IX. gegen den Talmud. Näheres →Juden.

→Sbaralea I S. 268–271 Nr. 294f., 297f.

Si vero episcopus, in cuius parrochia domus vestra fundata est, cum humilitate ac devotione, qua convenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacer-

Wenn aber der Bischof, in dessen Diözese euer Haus gegründet ist, sich weigert, den Abt zu benedizieren und die anderen Dinge, die zum Amt des Bischofs gehören, euch zu gewähren, obwohl er in geziemender Demut und Unterwürfigkeit darum gebeten wurde, soll es dem Abt erlaubt sein, sofern er selbst Priester ist, die eigenen Novizen zu segnen und das übrige, was zu seinem Am gehört, durchzu-

<p><i>dos fuerit, proprios novitios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et vobis omnia ab alio episcopo percipere, que a vestro fuerint indebite denegata.</i></p>	<p>führen, und euch [soll es erlaubt sein], alles das von einem anderen Bischof zu empfangen, was von eurem [Bischof] unrechtmäßig verweigert wird.</p>
---	---

Mit dieser Formel in den →feierlichen Privilegien werden die Zisterzienser vor einer möglichen Obstruktion des Ortsbischofs in Schutz genommen.

Michael Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen von 1200 – 1500 (Innsbruck 1894) S. 231

sicut ea iuste ac pacifice possidetis ###

SICUT IN CONSTRUENDA DOMO vom 13.7.1433: Konstitution des Konzils von Basel zur Bischofswahl.

Norman P. Tanner (Hg.), Decrees of the Ecumenical Concils I (Georgetown 1990) S. 469–478

SICUT IUDEIS NON DEBET vom 5.7.1348: Papst →Clemens VI. verbietet, die →Juden anzugreifen, solange sie bei ihren Gesetzen und Gewohnheiten bleiben, und ihre Zeremonien *fustibus vel lapidibus* zu stören oder sie gar zu töten. Zwangstaufen sind unzulässig, freiwillig Getaufte sind als vollwertige Christen zu behandeln. In derselben Weise haben schon →Calixt II., →Eugen III., →Alexander IV., →Cölestin III., →Innozenz III., →Gregor IX., →Nikolaus III., →Honorius IV. und Nikolaus IV. entschieden.

E. Déprez/ G. Mollat, Clément VI (1342–1352). Lettres closes, patentes et curiales, intéressant les pays autres que la France (Paris 1960) n° 1683

SICUT PER LITTERAS vom 14.3.1153: Heiligsprechung Kaiser Heinrichs II. durch →Eugen III.

→Cocquelines 2 S. 333 Nr. 58

SICUT PROSPICIENS vom 25.5.1427: Martin V. erlaubt, um die Zahl der Kanzleischreiber auf 100 zu reduzieren, die Neuseinstellung eines Skriptors der Kanzlei nur unter der Bedingung, daß dafür zwei bisherige Skriptoren resignieren.

Michael Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen von 1200 – 1500 (Innsbruck 1894) S. 165 Nr. 34

Thomas Frenz, Zum Problem der Reduzierung der Zahl der päpstlichen Kanzleischreiber nach dem Konzil von Konstanz, in: Grudnwissenschaften und Geschichte. Festshcrist für

Peter Acht (Kallmünz 1976: Münchener Historische Studien, Abteilung Geschichtl. Hilfswissenschaften 15) S. 256–273

SICUT PRUDENS

1. vom 7.6.1445: durch diese Bulle →Eugens IV. werden die →*scriptores apostolici* zu einem Kolleg vereinigt.

Edition: Ottenthal, Bullenregister ###.

2. vom 29.11.1477: →Sixtus IV. regelt die Bestellung der →*notarii rote*.

3. vom 1.7.1507: →Julius II. gründet das Kolleg der →*scriptores archivii Romane curie* (Vatikanisches Archiv, Reg. Vat 990 fol. 81v–93v).

Druck: Bull. Rom. V S. 458–464 Nr. 18

→Cocquelines III/3 S. 299–303 Nr. 19f.

4. vom 20.7.1520: →Leo X. errichtet das Kolleg der →*milites sancti Petri*. Nicht ediert; Text anschließend. Registereintrag: Vatikanisches Archiv, Reg. Vat. 1184 fol. 171r–188v. Eine wortreiche, um nicht zu sagen geschwätzige Bulle, deren hyperkorrekter Kompilator allen auch nur ansatzweise denkbaren Einwänden gegen die Rechte seiner Klientel vorzubeugen versucht.

Gründungsbulle der Milites Sancti Petri (Vatikanisches Archiv, Reg. Vat. 1184 fol. 171r–188v)

(Dem bedauernswerten Registerschreiber sind einige Fehler unterlaufen, die auch dem revidierenden Kammernotar Silvius Campellus de Spoleto entgangen sind.)

Leo (episcopus servus servorum dei), ad perpetuam rei memoriam. Sicut prudens pater familias cuncta, que in eius domo sunt, ad eius honorem perfectum et gloriam provida moderatione disponit et ordinat, ita nobis (*Or.*: nos), qui meritis licet imparibus ab ipso supremo patrefamilias in illius domo dispensatores effecti sumus, circa ea, que Romane ecclesie statum, securitatem et prosperum successum respiciunt (*Or.*: recipiunt), debitus ordo ordo servetur et camere apostolice, cui pro eodem statu conservando diversa onera in dies incumbunt, necessitatibus imminentibus provideat ac iura, quantum fieri potest, conserventur illesa, studiosa sollicitudine convenit attendere ac desuper officii nostri partes favorabiliter impartiri.

Die Bemühungen der Vorgänger Leos X. bis hinauf zu Innozenz III. um die Abwehr der Türken.

Sane intra mentis nostre archana revolventes, quam felicis recordationis Paulus papa II predecessor noster tempore suo ultramarini belli expeditionem per sanctam Romanam ecclesiam contra infideles indictam et ad quam pie memorie Clemens III et Nicolaus III ac Bonifatius octavus et Benedictus XI ac Clemens V et Pius II Romani pontifices etiam predecessores nostri toto cordis affectu prius intenderant ac aspiraverant suscipere ac deo dante prosecui cupientes pro illius faciliore prosecutione ultra ea, que recolende memorie Innocentius papa III similiter predecessor noster in generali Lateranensi concilio (*Or.*: consilio) ad terras et loca infidelium sub penis tunc expressis alumina deferri prohibuerat, ipse plura alia ad ipsorum infidelium terras et loca durante bello, quod contra Turchas prosecui ardentissime cupiebat,

deferri prohibuerit ea potissimum ratione motus, quod ad ipsis Turchis Christiane reipublice calamitas tunc instare atque imminere videbatur, ad quam repellendam maxime opportunum censebat, si prefatos Turchas compluribus comodis, que ex Christianorum rebus percipiebant, privaret.

Die Entdeckung des Alauns bei Tolfa und das päpstliche Alaunmonopol.

Insuper animo suo considerans, quod omnipotens et misericors deus, qui gregem suum non deserit nec sperantes in se derelinquit, thesaurum aluminis per tot secula in Italia incognitum per eiusdem Pii predecessoris nostri in locis urbi ürosimis revelaverat ac pie credens divino munere datum fuisse, ut alumen ipsum pro tutela Christiane religionis adversus impiissimum Christianorum hostem paulo ante inventum fuisset, ut hostis ipse duplicem ex eo iacturam paterentur, cum ipse ex suo alumine, cuius pretio ditior ac potentior fiebat, nullam in Christianorum provinciis, terris et locis caperet utilitatem ipsosque Christiano ex novi aluminis inventione ditiores et potentiores factos intelligeret ac omni studio et ope provide desiderans, ut fructus exinde sequerentur optate initio sue assumptionis omnes redditus et proventus ipsius aluminis in patrimonio beati Petri in Tuscia inventi ad defensionem catholice fidei et sancte cruciate integre dedicaverit illusque Christo domino conservaverit, existimansque rem minime novam aggredi nec via insolita inceder, si post alumen divino munere pro Christianorum tutela inventum et per eum ad defensione, Christiane religionis dedicatum omnecommercium aluminis, quod in partibus dictorum infidelium nascitur et effoditur inter Christianos et infideles invicemque inter Christianos ipsos sub eisdem penis tolleret ac penitus interdiceret et id solum, quod in terris eiusdem Romane ecclesie inventum fuerat, mercari et emi liceret. Ac propterea, ut alumen ipsum pro tempore fabricatum comodius et facilius vendi posset, ad clare memorie Eduardum Anglie regem et ad quondam Philippum Burgundie ducem nuncios suos, ut suo et camere apostolice ac sancte cruciate huiusmodi nominibus cum rege et illius regni baronibus ac duce et personis domini eorum conventiones et pacta inirent et firmarent ac diversarum personarum opere pro dicti aluminis utilitate, tam ipse Paulus tempore suo quam alii eius successores usi fuerunt (*Or.:* fuerint).

Ankündigung eines Kollegs von "milites sancti Petri" für die Verwaltung des Monopols und Überwachung der Produktion.

Nos, qui in litteris clausure moderni concilii Lateranensis dictam contra Turchas sanctam expeditionem indiximus eamque prosequi posse speramus non minori desiderio, quam predecessores ipsi temporibus suis fecerint, et dicti aluminis proventus dicte sancte cruciate applicatos, circa quos plures predecessores nostri magna diligentia usi fuerint, non solum conservare, sed etiam augere desideramus, ne in illo fraus aliqua comittatur, sed omni fraude sublata diligenter fabricetur et conservetur ac ad regna et loca Christianorum fideliter deferatur, plurium personarum operam necessariam et opportunam esse intelligimus et hoc negotium multo melius ac diligentius procedere posse videmus, si per eos potius tractetur, qui inde commodum et utilitatem sint reportaturi, quam per mercenarios et alios nullam inde utilitatem consequi sperantes, quare plurimum ad hoc conferre posse iudicavimus, si collegium unum virorum institueretur, qui milites sancti Petri nuncuparentur et qui non solum cantariorum dicti aluminis, que singulis annis fabricantur et ponderantur ac aliorum, que ad ipsius aluminis fabricam sunt necessaria necnon tractatum eatum et frumentorum et aliorum bladorum a confinibus civitatis nostre Terracine usque ad confinia Senarum diligentm computum et rationem tenendi curam habuerint, sed etiam ad reges et dominos temporales pro negotiis ipsius aluminis, quando-cumque necessarium foret, mittendi seu destinandi essent ac Civitatis Vetule Ancoragiorum et arcis ac turris Portus Corneti ac ipsius civitatis Pieture et arcis cum Pieture Montis Alti et barigellatus, dohaneriatu et comissariatu tractarum etiam patrimonii et comissariatu aluminis ex littoris maris curam habere possent et tempore prosecutionis dicte expeditionis contra Tur-

chas illorum fideli opera in rebus tunc occurrentibus confidenter uti possimus, cum multo magis de ipsis nostra et dicte sedis officia ontinentibus quam de quibusvis aliis personis merito confisuri simus.

Errichtung von 401 Stellen (von denen 26 der Verfügungsgewalt des Vizekanzlers unterliegen). Die Resignationsgebühr beträgt 5% der Kaufsumme.

Unde habita super hiis cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus matura delibertione et de eorum unanimi consilio et assensu collegium quadringentorum et unius virorum militum sancti Petri participantium uncupatorum, quorum nomina et cognomina infra scribentur, de quibus viginti sex apostolice auctoritate volumus, decernimus et ordinamus, quod ipsis sic receptis et aliis, qui pro tempore erunt militibus cedentibus vel decedentibus aut alias loca et officia sua quomodolibet dimittentibus omnium et singulorum viginti sex militum descriptorum in aliis nostris litteris una cum quibusdam aliis officiis, dum per cessum vel decessum, privationem seu quamvis aliam dimissionem predictorum et quoum-cumque aliorum, qui officia et loca ipsa pro tempore obtinebunt, quandocumque vacabunt, ad liberam dilecti filii Iulii tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiteri cardinalis sancte Romane ecclesie vicecancellarii nostri secundum carnem patruelis et pro tempore existentis vicecancellarii dispositione pertineant, possitque et debeat ipse Iulius et pro tempore existens vicecancellarius et per eum ad hoc specialiter deputatus illorum resignationes ac illarum pretextu compositiones ad rationem ducatorum quinque pro centenario pretii officii, quod vendetur, prout pro nobis et sede apostolica statuimus, recipere et admittere ac per sua litteras suo sigillo munitas, dum pro tempore, qualitercumque vacaverint, per se ipsum seu eius locumtenentem seu alium ad hoc speciale mandatum habentem personis idoneis providere et cum ipsis personis de huiusmodi officiis et locus provisus, cum sibi seu deputando huiusmodi placuerit dispensare et ipsas personas ad ipsa officia et loca obtinenda sufficienter habilitant et illi, quibus de eisdem officiis et locis Iulius ipse et pro tempore existens vicecancellarius seu deputandus ab eo duxerit suis litteris providendum ad officia et loca ipsa absque aliqua alia provisione recipiantur et admittantur, ita, quod prefati Iulii cardinalis seu ad hoc ab eo spreicaliter deputandi et pro tempore existentis vicecancellarii, quos absque aliarum litterarum apostolicarum desuper conficiendarum expeditione perpetue firmitatis robur obtinere decernimus plenissime et per omnia valeant et hiis suffragentur, ac si super hiis officiis et locis littere apostolice confecte et expedite fuissent, quodque recepti ad officia et loca ipsa, ad que recepti fuerint, suo ordine collecentur sicque continuo per ipsum Iulium cardinalem et pro tempore existentem vicecancellarium absque contradictione qualibet observetur, de simili consilio et assensu fratrum predictorum, decernentes, quidquid secus super hiis ad prefati Iulii cardinalis et pro tempore existentis vicecancellarii dispositione, ut premittitur, spectantibus officiis etiam a nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus absque expresso prefati Iulii cardinalis et pro tempore existentis vicecancellarii consensu contigerit attemptari, irritum et inane nulliusque roboris vel momenti existere.

Besonderer Schutz der Amtskleidung

Item (*Or.:* Ita), quod nos et Romanum pontificem pro tempore existentem prosecutionis expeditionis predictae et celebrationis conciliorum generalium cum decenti habitu, quem illis, etiam si clerici fuerint, ex nunc assignamus et qui alios quam per ipsos milites gestari non possint sub excommunicationis maioris et amissionis dicti habitus, qui de facto tam per ipsos milites quam per cuiuscumque curie executorem illum gestantibus auferri possit et applicetur militi auferenti vel instanti illum auferri debere, et ducatorum quingentorum applicandorum pro dimidio collegio ipsorum militum et pro una camere apostolice et alia quartis paribus iudici exequenti illam, ita, quod sub eadem pena excommunicationis et pecuniaria, ut premittitur, exigenda et aplicanda quilibet iudex super hoc requisitus exequi teneatur constituto sibi, quod

aliquis huiusmodi habitum, qui est ymago divi principis apostolorum in auro sculta cum insigniis nostris vel pro tempore existentis pontificis, ab alio latere cum clavibus desuper et thiara pontificia impendenti et torques aurea, que in collo portetur, ita, quod ymago predicta patens sit in pectore gestantis, portaverit ad executionem huiusmodi penarus tam realiter quam personaliter procedere teneatur. Quod si requisitus non fecerit, defensores pro tempore dicti officii tam contra dictum gestantem quam officialem negligentem tam per censura ecclesiasticas quascunque etiam usque ad invocationem auxilii brachii secularis inclusive quam per alia iuris remedia procedere possint et valeant et omnimoda iurisdictione ad hoc necessaria nostra et sedis apostolice auctoritate uti, ac si specialiter iudices ad hoc quacunque appellatione et exceptione sublata deputati fuissent.

Zuweisung eines Raumes im päpstlichen Palast.

Quemadmodum tenore presentium perpetuo deputamus, sequi et locum concilii, quod pro tempore fiet, custodire et propriam mansionem saltem unam in palatio apostolico habeant, quam condecens per dilectum filium magistrum domus nostre infra mensem unum proxime venturum a die requisitionis fibi facte in loco convenienti eis assignari expeditam et assignatam per eum et magistrum domus pro tempore existentem perpetuo manuteneri sub excommunicationis pena mandamus.

Zwei Vertreter des Kollegs werden im päpstlichen Tinellum verköstigt und überwachen die Geschäfte der anderen am Alaunhandel Beteiligten, um ggf. deren Betrügereien aufzudecken und Strafzahlungen einzuziehen.

Et duo ex eis quolibet die in tinello nostro comedant, qui in exigendi annatis in camera apostolica deputentur, et quando computa aluminum et aliorum proventuum in camera apostolica revideri contigerit una cum clericis et commissariis ipsa computa revideantur et de fraudibus et penis eorum industria repertis et que ad notitiam camere eorum opera effectualiter pervenerint et dicte camere persolvere aut per nos vel pro tempore Romano pontifice seu dictam cameram remisse fuerint, ita, quod remissio seu gratia de illis facta equiparetur solutioni, ut sic prefatis militibus etiam cum huiusmodi gratiis preiudicari non possit, habeant ipsi milites quinque pro centinario. Et cum de aluminibus in dicta camera tractabitur, prout clerici sacri collegii faciunt, unus vel duo eorum assistere possint, et contractus locationum et aliorum, qui fiunt super aluminibus, et aliis, ex quibus fiunt dictis militibus assignamenta, sint ipso iure nulli, nisi in eorum celebratione mensarii dicti officii dictorum militum ad eos fuerint vocati et admissi cum effectu et opia eorum eis non fuerit data in forma fide ubique faciente absque aliqua solutione pro ea fienda notario, qui inde fuerit rogatus, et nisi conductores se obligaverint ad solvendum et cum effectu solverint in principio cuiuslibet mensis dictis mensariis seu eorum receptoribus ratam dictorum assignamentorum debitam inducatis auri in auro. Et in eventum, in quem id facere recusaverint vel neglexerint, liceat prefatis militibus seu deputandi ab eis propria auctoritate capere possessionem rerum, quibus essent dicta assignamenta, et retentis sibi quantitibus assignatis residuum camere apostolice dare et ad id efficaciter faciendum se obligant, prout dicti conductores, qui solvere retardaverint, teneantur. Possint etiam dicti milites et ab eis deputandi contra omnes, qui fraudabunt fabricam sancti Petri et qui aperient novas alumenrias et ement novas alumerias et ement alumina ab infidelibus et qui faciunt aliquid in fraudem aluminum et officii dictorum militum modo et forma ac sub censuris, penis et auctoritate supra contra predictum habitum deferentes expressis et concessis, que hic habentur pro repetitis, procedere et de omnibus fraudibus et penis per eos repertis habeant medietatem sine preiudicio ad presens deputatorum ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine perpetuo erigimus et instituimus.

Die milites sancti Petri sind echte Familiaren des Papstes und erhalten bei Tod und Krönung

des Papstes dieselben Trauer- und Festgewänder wie diese.

Decernentes et declarantes ipsos milites ac eorum et cuiuslibet ipsorum familiares, qui pro tempore fuerint, etiam si eorum singuli singulas mansiones non habeant in palatio et quotidie in eiusdem palatii tinello non comedant, veros et indubitatos familiares et continuos comensales nostros et Romani pontificis pro tempore existentis existere ac in quibuscumque litteris, scripturis et actibus se tales scribere et nominare et ab aliis nominari posse et debere. Ac eisdem militibus et cuilibet eorum, qui obitus et coronationis Romani pontificis temporibus presentes aderunt, vestes lugubres ratione obitus et rubeas ratione coronationis huiusmodi eiusdem quantitatis et qualitatis, cum cubiculariis defuncti et novi pontificis respective, qui hactenus fuerit, exhiberi consueverant, exhibendas et assignandas esse decernimus et declaramus.

Sie und ihr erstgeborener Sohn werden in den Adelstand erhoben und dürfen als lateranensische Pfalzgrafen (unter Beisitz von zwei oder drei Doktoren) die akademischen Grade des Baccalaureus, Lizentiaten und Doktors in allen Fakultäten verleihen (auch an Ordensangehörige, und zwar selbst ohne die Erlaubnis von deren Ordensoberen) und uneheliche oder sonst illegitime Kinder legitimieren sowie Richter, Notare und Tabellionen kreieren.

Ac eosdem milites pro tempore existentes eo ipso, quo ad militie huiusmodi officium admissi fuerint et cuiuslibet eorum primogenitum natum seu nasciturum nobiles de maiori nobilium genere ac aule Lateranensis comites cum potestate per se vel alium seu alios in genere et specie totiens, quotiens cuilibet eorum placuerit, extra Romanam curiam subdelegandos et deputandos quoscumque, quos in iure canonico et civili seu altero eorum studuisse et ad id assistentibus eis duobus vel tribus in iure vel iuribus huiusmodi doctoribus per eos eligendos in eisdem canonico et civili iuribus seu altero illorum per diligentem examinationem scientia et moribus idoneos et sufficientes esse invenerit, in utroque vel altero iurium huiusmodi, quos vero in theologia, etiam si fratres fuerint cuiusvis ordinis, etiam mendicantium, etiam si alias consensus superioris requiretur et habitus vel requisitus non fuerit, seu artibus vel medicine aut alia facultate studuisse et similiter per diligentem examinationem duorum aut trium per eos eligendorum doctorum seu magistrorum facultatis, in qua studuerint, coram eis vel aliquo eorum habendam ad fidelem magistrum seu doctorum eorundem attestationem eis faciendam peritos ac scientia et moribus ad hoc idoneos et sufficientes esse reperierint, de eorundem doctorum seu magistrorum, quo ad premissa omnia consilio et assensu in theologia seu artibus aut medicina vel alia licita facultate huiusmodi ad baccalariatus, licentiate, doctoratus et magisterii gradus promovendi et in eis legendi, interpretandi, disputandi et alios actus ad personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes faciendi auctoritatem et ipsorum graduum solita insignia eis conferendi necnon iudices ordinarios ac notarios et tabelliones publicos creandi et creatos de iudicatus, tabellionatus et notariatus officiis huiusmodi per pennam et calamare, ut moris est, recepto prius ab eis solito iuramento investiendi et cum spuris, bastardis, manseribus, incestuosis et aliis ex quovis illicito et damnato coitu precreatis, ut in parentum et aliorum bonis tam ex testamento quam intestato succedere et quoscumque actus legitimos exercere et ad quosvis honores, dignitates et officia publica et privata assumi illaque gerere in omnibus et per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere et licite valeant, dispensandi et quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis legibusque imperialibus, etiam ex illis, que in usibus feudorum vel authenticorum habentur, etiam si de illis mentio specialis habenda foret, que haberi posset ad libitum voluntatis, statutis quoque et aliis ordinationibus in contrarium pro tempore editis, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, eis placuerit, in quamvis mundi parte derogandi.

Diese Adelstellung und diese Rechte bleiben ihnen auch dann erhalten, wenn sie aus dem aktiven Dienst ausscheiden.

Illosque ex eis militibus, qui clerici in dicte sedis notarios, qui vero laici fuerint, in aurate militie milites ita, quod, etiam si milites participantes esse desierint, comites aule Lateranensis et notarii ac milites aurati respective sine tamen preiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito esse non desinant, ex nunc prout extunc et econtra facimus, creamus et recipimus ac aliorum de maiori nobilium genere et nobilium aule Lateranensis comitum et sedis notariorum et militie predictorum militum numero et consortio favorabiliter agregamus.

Sie erhalten umfassende Verfügungsrechte über ihre Pfründen, Pensionen und anderen Einnahmen unter Aufhebung aller nur denkbaren entgegenstehenden Bestimmungen und völlige Abhabefreiheit.

Et insuper recolentes nonnulla bona per laicos Romane et aliis ecclesiis pie erogata et concessa et considerantes, quod ad alia in posterum eroganda et concedenda erunt procliviores, si in aliquo ecclesiam erga se gratam et liberalem esse cognoverint, attendentes quoque felicis recordationis Sixtum III et Iulium II Romanos pontifices etiam predecessores nostros et nos pro sculturis et fabricis ad decorem urbis libere testandi et alia privilegia concessisse, ut merito pensantes, quod, si personis cunctis fabricis dignioribus armate fidei militier destinatis in dicta urbe seu Romana curia residentibus, ut iuxta premissa per nos eis attribute nobilitatis gradum ultra ordinarios dicti officii proventus propria pecunia emptos, qui soli non sufficerent, aliquid causa lucrativa ex proventibus ecclesiasticis percipere valerent, unde et pacis et belli fidei temporibus se subestentare et dicti belli expensas subire comode possent, dispensative concederetur, id non minus, immo plus quam dicte fabricae in urbis et curie huiusmodi, sed etiam nostrum et sedis apostolice ac fidei catholice totiusque reipublice Christiane decorem et utilitatem evidenter cederet. Quapropter habita etiam super hoc cum dictis fratribus nostris deliberatione mastra cum ipsis ex militibus pro tempore existentibus et in Romana curia residentibus, etiam qui mere laici et coniugati, etiam bigami et etiam alias incapaces fuerint, militibus, vero clericis etiam pensiones et fructus beneficiorum ecclesiasticorum loco pensionum habentibus, quos pro tempore coniugatos et bigamos fieri contigerit, ut, quando in dicta curia personalem residentiam fecerint et officium militis obtinuerint dumtaxat, quamcumque et quascumque pensiones annuas centum quinquaginta ducatos auri de camera non excedentes et fructus loco pensionum, qui transeant ad successores in beneficiis, a decimis et subsidiis ac aliis oneribus liberas etiam ordinaria auctoritate etiam sine causa, videlicet si super monasteriorum etiam consistorialium, prioratum, prepositurarum et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum regularium et secularium, etiam cum cura et sine cura cuiuscumque annui valoris, illorum fructus, redditus et proventus fuerint pensio annua, non tamen ultra tertiam parte super quomodolibet beneficio supranominato et ultra summam centum quinquaginta ducatorum similium in totum pro unoquoque milite et quomodolibet officio constitui non possit. Et quod presentes milites inferius descripti portiones etiam ultra dictam tertiam et dimidiam partem habentes super quibusvis beneficiis, monasteriis ecclesiis, si matrimonium etiam cum bigama contraxerint, pensiones annuas suas huiusmodi usque ad summam predictam centum quinquaginta ducatorum et non retinere possint et valeant nulla propterea nobis et successoribus nostris compositione soluta, quoad vixerint, percipere, exigere et levare ac in suos usus et utilitates convertere libere et licete possint et valeant cum accessu ad beneficia predicta, super quibus pensiones et fructus huiusmodi reservabuntur in eventum non solutionis eorum ac facultate pensiones et fructus huiusmodi, etiam si hactenus pluries translate fuerint in alios milites sancti Petri participantes, etiam similiter vel alias incapaces etiam filii ex legitimo matrimonio priores orti vel alias eorum consanguinei vel affines fuerint, etiam in mortis articulo etiam coram solis notario etiam sola imperiali auctoritate et testibus transferendi, ac etiam regressum seu accessum ad ipsos in actu translationis per decessum eorum, in quos transferrentur, sibi reservantes et in eventum dicti decessus eos, ut prius, percipiendi et levandi necnon beneficia huiusmodi in eventum dicti ob non solutionem accessus et per duos

menses in commendam obtinendi, et deinde ea dimittendi etiam pro maiori et minori dictam summam centumquingenta ducatorum non excedentibus pensionibus vel fructibus eis super illis vel aliis assignandis. Ita tamen, quod huiusmodi pensiones vel fructus recipientes in habitu armate militie viro equiti convenienti nos et Romanos pontifices pro tempore existentes in expeditionibus cruciate et conciliis huiusmodi absque alio stipendio cum uno equo ratione dicte pensionis sequi debeant, scientia, potestate, auctoritate et tenore predictis dispensamus, ipsisque militibus, qui clerici fuerint, ut quascumque pensiones, super quibusvis secularibus et regulatibus proventibus ecclesiasticis et fructus ecclesiasticos etiam loco pensionum eis hactenus et pro tempore quomodolibet assignatos et concessos in Romana curia vel extra eam et in mortis articulo in clericum seu clericos non coniugatos per eos eligendos etiam quecumque quotcumque et qualitercumque beneficia ecclesiastica et pensiones obtinentes et expectantes in totum vel in partem seu partes etiam coram solis notario etiam laico et testibus et sine consensu easdem pensiones solvere debentium et quovis aliorum etiam regressus, accessus et ingressus ad beneficia gravata, in quoscumque eventus habentia, etiam sancte Romane ecclesie cardinales, etiam si alias illas transferendi vel sic transferendi facultatem non habuerint vel referendi facultas eis, etiam proprio consensu interdicta fuerit, etiam proprio iuramento vallato, regula cancellarie de consensu in pensionibus requisito hactenus et pro tempore edita, ac stilo in dictis translationibus hactenus observato et pro tempore observando vel alias habita potestate transferendi limitata, ut precedente intimatione sue sub alio modo vel qualitate et illis non observatis non obstantibus, etiam si hactenus pluries translate fuerint, quodcumque transferre ac etiam regressum seu accessum ad ipsos in actu translationis per decessum eorum, in quod transferentur, sibi reservare et in eventum dicti decessus eos ut prius percipere et levare libere et licite possint ac translationes et reservationes sic facte valent et debitores ac eorum successores ad solvendum illis, in quos dicte pensiones transferentur et ad quos redierint, sub excommunicationis sententia, privationis pena, accessibus, ingressibus, decretis ac aliis clausulis in litteris pensionum pro tempore contentis omnino teneantur, etiam perinde ac si dicte translationes et reservationes per nos de consensu debitorum et aliorum interesse habentium cum predictis et quibusvis aliis in litteris dictarum pensionum contentis, que in ipsis translationibus et reservationibus habeantur pro repetitis facte fuissent.

Sie erhalten völlige Testierfreiheit.

Ipsisque militibus etiam clericis seu presbiteris vel prelatis seu episcopis aut archiepiscopis et patriarchis pro tempore existentium, ut de quibuscumque eorum bonis mobilibus et immobilibus per eos tam per ecclesiam seu ecclesias aut alia beneficia ecclesiastica, etiam hospitalia vel alia loca pia, cuiusvis ordinis fuerint, etiam privilegiati per eos obtenta et obtinenda aut alias quomodolibet ex ingenio et industria suis alias quomodolibet acquisitis et acquirendi, etiam si iuxta felicis recordationis Sixti III et Iulii II Romanorum pontificum predecessorum nostrorum et nostras desuper expeditas litteras immobilia bona non possederint, etiam in Romana curia testari et de illis inter quascumque etiam incapaces personas quavis incapacitate disponere et ea etiam inter vivos erogare, concedere et donare et testamenta, dispositiones et concessionem huiusmodi etiam dimisso officio libere et licite fiant et valeant, plenam et liberam ultra facultates per prefatos Sixtum III et Iulium II predecessores nostros et per nos curialibus et curiam Romanam sequentibus in urbe edificandi concessas usque ad summam seu valorem duorum milium ducatorum auri de camera quoad bona per ecclesiam acquisitam, quo vero ad alia simpliciter licentiam et facultatem concedimus.

Sie dürfen einen eventuellen defectus natalium verschweigen.

Necnon illis ex ipsis pro tempore existentibus militibus, qui illegitimi fuerint, ut de cetero in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratiis, indultis et litteris gratiam vel iustitiam concernentibus per eos seu eorum nomine imposterum a dicta sede vel

illius legatis, etiam ratione dignitatum, etiam episcopalium et metropolitanarum, aut monasteriorum seu aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque aut alias qualitercumque impeptandis vel eis, etiam motu proprio, concedendis de defectu natalium, quem quoquomodo patientur, ac dispensationibus eis desuper pro tempore concessis nullam mentionem facere teneantur nec propterea impetrationes, concessiones, dispensationes, gratie, indulta et littere huiusmodi de subreptionis (*Or.:* surrectionis) aut nullitatis nullitatis vitio seu intentionis defectu notari possint, sed valide et efficaces de speciali gratia indulgemus.

Sie genießen Freiheit von allen, auch nicht päpstlichen Abgaben wie die partizipierenden Protonotare.

Eosdemque milites et eorum familiares pro tempore existentes ac quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica et bona per eos pro tempore obtenta a quorumcumque ordinariorum locorum et aliorum iurisdictione, potestate, superioritate et dominio, etiam si sint milites Ierosolimitani, qui exempti sint a magno magistro suo pro tempore, nisi beneficia religionis super eis pensiones a sede apostolica habuerint, etiam in hiis omnibus cum aliis militibus antedictis, in quibus eiusdem sedis notarii, etiam de numero participantium nuncupati, de iure, privilegio, consuetudine et alias exempti sint et esse consueverit necnon a solutione et exactione cuiuscumque pedagio, gabelle impositionis, collecte aut cuiusvis alterius oneris indicti et indicendi ubicumque locorum necnon decimarum et subsidiorum non apostolica auctoritate predicta impositorum, etiam ex quibusvis causis, etiam pro cruciata, etiam super fructibus et emolumentis beneficiorum ecclesiasticorum et eiusdem Romane curie officiorum non auctoritate apostolica impositis quomodolibet et imponendis ac in illis faciendis contributionibus.

Sie und ihre Verwandten werden auch von allen Festbeiträgen und Abgaben an die Stadt Rom befreit.

Volumusque, ut ipsi milites uxores accipiendo filias, sorores et neptes carnales tantum nubendo ad sobolem conservandam ratione publice utilitatis dotes dare et recipere et indumentis et ornamentis eorum arbitrio pro dictis personis uti possint, statutis et ordinationibus etiam laicorum et cuiusvis principis et universitatis etiam iuramento firmatis, quibus ex certa nostra scientia et de apostolice potestatis plenitudine plenarie derogamus quoad personas huiusmodi et cum eis congenites non obstantibus, necnon ipsos milites eorumque filios et familiares ab omni contributione pro festivitatibus et spectaculis Rome celebrandis vel ubi Romanus protifex pro tempore fuerit seu Romana curia facienda, quibus interesse vel contribuere non teneantur nec propterea per magistratus Romanos vel quosvis alios contra eos vel eorum aliquem sub excommunicationis late sententie et centum ducatorum auri dicto collegio aplicandorum penis eo ipso incurrendis procedi nullatenus possint, ita ut ordinarii et alii prefati eorumque officiales et vicarii nullam in eos etiam ratione delicti contracti aut rei, de qua agi contigerit, superioritatem potestatemque iurisdictionem vel dominium valeant exercere aut excommunicationis vel alias sententias, censuras et penas proferre nec quicumque exanctores gabellarum, pedagogorum, onerum, decimarum et subsidiorum huiusmodi ad quaiquam solutionem eos coercere possint nec ipsi milites aut eorum filii vel familiares in premissis festivitatibus et spectaculis interesse aut contribuere teneantur nec ad id compelli possint.

Sie werden von jeglicher Gerichtsbarkeit eximiert und unterstehen nur dem Papst selbst.

Penitus eximimus et totaliter liberamus ac iurisdictionis et potestati nostre et sedis apostolice dumtaxat immediate subiicimus eosque et eorum quemlibet, etiam si mere laici, etiam bigami, fuerint aut de clericali ad bigamiam seu aliam irregularitatem transierint, omni clericali privilegio, quo simplices clerici et in sacris constituti utuntur et uti possunt, perinde omnino, ac si clerici in sacris constituti existerent in Romana curia et extra eam ubique locorum per universum orbem plene libere et licite civiliter, criminaliter et mixti uti posse et debere et per

iudices seculares nullatenus constringi posse, cum sedis apostolice membra et ad fidei tutiorem deputati existant.

Sie und ihre Verwandten dürfen jederzeit Schwert und Waffen tragen, auch wo es sonst verboten ist, und niemand darf ihnen diese Waffen wegnehmen.

Volumus, concedimus et decernimus. Ipsisque militibus pro tempore existentibus, quandiu officium obtinuerint, et cuiuslibet ipsorum familiaribus, ut ensem et alia arma etiam per urbem absque alicuius licentia seu pene incursu deferre, etiam si id de speciali mandato nostro per publica banna quantumcumque penalia seu alias quomodolibet, etiam cum presentium speciali vel generali derogatione prohiberi contigerit, libere et licete valeant, pariter indulgemus, districtius inhibentes gubernatori, barisello et aliis etiam dicte urbis et extra quibusvis officialibus pro tempore existentibus sub excommunicationis late sententie et mille ducatorum auri dictorum militum collegio aplicandorum penis eo ipso, si contrafecerint, incurrendis, ne arma huiusmodi ab eisdem militibus nec eorum familiaribus pro tempore existentibus, quandiu ipsi milites dicta officia habuerint, auferre seu eos desuper impedire aut propterea aliquam molestiam vel offensam inferre quoquomodo presumant.

Sie erhalten das Recht der Gratisexpedition für alle Urkunden in allen Ämtern.

Ac volumus, quod singuli pro tempore existentes milites prefati quascumque litteras apostolica etiam per breve etiam penitentiarie nostre gratiam seu iustitiam aut utrumque continentis eis et eorum cuiuslibet et eiusdem officii capellano pro tempore concessas in dilectorum filiorum abbreviatorum, scriptorum, bullarie ac regesti ac qui etiam de litteris apostolicis gratis expeditis taxam percipiunt, illa non soluta sollicitatorum litterarum earundem sacre penitentiarie et aliis quibusvis dicte curie officiis gratis expediant cum subscriptione videlicet "gratis pro milite sancti Petri" per rescribendum pro tempore existentem et alios, ad quos pertinebit facienda.

Sie werden automatisch in die Liste der familiares continui commensales des Papstes eingeschrieben und erhalten alle Vorrechte derselben, insbesondere bezüglich Pründenexpectanzen.

Obtineantque quoad ad hoc presentes littere robur vicesque gerant etiam rotuli etiam manu nostra et pro tempore existens Romani pontificis, in quo alii familiares nostri continui commensales palatine, qui litteras gratis expedire debent, describi et anotari soliti sunt, censeantur quoque. Iidem milites eorumque successores et omni fictione cessante habentur et sint servato inter eos ad militie huiusmodi officia receptionis ordine actu descripti prout eos exnunc prout extunc et econtra, quotiens descriptio ipsa fiet, describimus et anotamus in litteris, in quibus familiares continui commensales nostri et cardinalium ad apostolatus apicem pro tempore assumptorum, qui assumptionis tempore nostris et illorum respective obsequiis actis insitebant, ad effectum precedendi alios in assecutionibus beneficiorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectatarum et earum mutationum, collationum, extensionum et revalidationum duxerint acceptanda, describuntur ac describi et annotari consueverant, immediate ante penultimum antiquorum familiarium pro tempore descriptorum predictorum ante cantores, capellanos et alios quoscumque sedis et curie predictarum officiales et ministros, etiam vigore privilegiorum et indultorum eis per nos et diversos Romanos pontifices predecessores nostros super hoc concessorum et convedendorum in eisdem litteris ante penultimum vel alium superiorum ordinis pro tempore descriptum anotatos et descriptos, ita, ut ipsi omnibus a dicto penultimo antuquo et vere nostro et non per privilegium descripto citra absque tamen dictorum scriptorum et aliorum in huiusmodi antelationibus eos precedentium preiudicio dicti milites litteras gratiarum expectatarum, quotiens eas generaliter concedi contigerit et per nos concessas sub data presenti absque aliqua signatura desuper obtinenda in prima earum expeditio-

ne ad tres collationes et tria beneficia, etiam litigiosa, per eorum quemlibet elidendas, etiam si dictis beneficiis alias sub eorum militum gratiis expectativis eorumve collationibus, mutationibus et extensionibus pro tempore comprehensis dispositioni apostolice ex quavis causa preterquam ratione illius vacationis apud sedem predictam aut familiaritatis continue commensalitatatis nostre et tunc viventis Romani pontificis aut eius tempore vacationis ad id consensus requirendus foret, alicuius dicte Romane ecclesie generaliter reservatum vel ex generali apostolica reservatione aut alias quomolibet affectum et cuius beneficii reservati fructus, redditus vel proventus trecentum florenorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum non excedant, expedire et ipsum beneficium sic generaliter reservatum vel affectum, etiam si in ipsis gratiarum expectatarum litteris vel constitutionibus sive regulis cancellarie apostolice desuper pro tempore editis specialiter et expresse excluderetur aut alias limitaretur, etiam in mensibus ordinariis collatoribus quomodolibet concessis et tam illud quam alia quecumque cum cura et sine cura secularia et regularia sub huiusmodi expectativis a illarum mutationibus, extensionibus et revalidationibus collationum ac reservationibus, unionibus, mandatis et aliis gratiis eis pro tempore concessis comprehensa beneficia ecclesiastica pro tempore vacantia tam in dicta curia presentes quam ab ea absentes, etiam in ipsa curia per procuratores speciales et generales in genere acceptare et de illis etiam in genere sibi provideri facere ac illa consequi et habere ac acceptationes et provisiones huiusmodi ad beneficia particularia etiam per procuratores generales specificive notarii quoque inde rogati super acceptationibus generalibus specialia instrumenta de beneficiis tunc vacantibus, cum pro parte ipsorum militum pro tempore existentium requisiti fuerint, conficere possint et debeant ac acceptationes et provisiones huiusmodi valide et efficaces existant. Ipsique milites ad satisfaciendum constitutioni de publicandis acceptationibus et provisionibus ac illis intimandis possessionibus seu eis ad iudicium evocandi edite et pro tempore edende minime teneantur ac omnibus et singulis privilegiis antelationum, prerogativis, decretis, declarationibus, suspensionibus, derogationibus, mandatis, voluntatibus, immunitatibus, concessionibus et indultis aliis familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis et descriptis, et litterarum apostolicarum scriptoribus et cubiculariis nostri et pro tempore existentis Romani pontificis quomodolibet concessis et concedendis non ad instar, sed pariformiter et eque principaliter sine ulla differentia, prout ipsi antiqui et descripti familiares et scriptores ac cubicularii utuntur, potiuntur et gaudent ac uti, potiri et gaudere peuerunt quomodolibet in futurum, sine tamen eorum preiudicio, utantur, potiuntur et gaudent.

Sie können diese Rechte auch durch Notariatsinstrument oder durch eine eigenhändig geschriebene Urkunde auch auf Stellvertreter übertragen.

Liceatque singulis ex eisdem militibus laicis vel coniugatis, que ad omnia gratias expectativas huiusmodi concernentia vel eorum partem, clericis vero quoad prerogativas dumtaxat et reservatum vel affectum beneficium huiusmodi etiam in toto vel in parte unum vel plures loco sui in qualibet expeditione, quoties gratie expectative huiusmodi per nos aut successores nostros Romanos pontifices concederentur, etiam ad effectum gratias ipsas sub forma predicta ac prerogativis, antelationibus et facultate acceptandi huiusmodi coram notario publico et testibus vel per cedula sua manu scriptam libere nominare, qui sic nominati antelationibus prerogativis et facultate predictis gaudeant eo ipso in omnibus et per omnia, ac si sibi principaliter concessa fuissent et tunc actu concederentur.

Das Amt des miles sancti Petri ist mit anderen Kurienämtern kompatibel. Der einzelne Ritter darf mehrere Anteile erwerben und kann das Amt weiterverkaufen, wobei eine Resignationsgebühr von 5% des Kaufpreises an den Papst zu zahlen ist. Die Beurkundung erfolgt durch sola signatura gültige Supplik.

Et quod dicti milites, qui pro tempore fuerint, de eorum officiis sive locis et emolumentis, que

cum quibusvis aliis Romane curie officiis compatible existantur et per quoscumque nedum unite, sed plura et per quocumque etiam ultra decem obtineri valeant ac per solam signaturam concedi debeant, disponere et illa in nostris et ditorum successorum nostrorum manibus, quando ipsis militibus placuerit, et in favorem personarum per ipsos nominandarum resignare libere et licite valeant ac resignationes huiusmodi valide et efficaces existant et suos effectus sortiri debeant, ac pro signatura concessionis singulorem officiorum sive locorum huiusmodi per resignationem pro tempore vacantium exceptis viginti sex, que ad vicecancellarium spectant, quinque florenos auri de camera pro centinario pretii, quod inde percipitur, solvere sint astricti.

Das Kollegium darf sich Statuten geben und diese nach Belieben ändern.

Necnon collegium militum huiusmodi collegialiter iura, insignia et auctoritatem licentiamque statuta et ordinationes eorum statum tranquillum et prosperum concernentia condendi et pro tempore condita restringendi, ampliandi et quotiens expedire videbitur, in totum delendi et alia de novo ordinandi eaque sub pecuniariis eidem collegio aplicandis et aliis, etiam suspensionis a perceptione emolumentorum distribuendorum arbitrio dicit collegii penis per deputandos per ipsum collegium exigendi etiam interveniente barisello seu aliis executoribus ab eisdem requisitis, si eis videbitur fore requirendos, observari faciendi licentiam et facultatem tribuimus et elargimur.

Urkunden, derentwegen eine Annate, ein Servitium commune oder ein Quindennium zu zahlen ist, sind ohne Befriedigung der Ansprüche der Ritter ungültig, und die schuldigen Beamten verfallen der Exkommunikation und haben Wiedergutmachung in doppelter Höhe zu leisten.

Eisdem militibus pro tempore existentibus, ut singule pro eorum quolibet littere apostolice, etiam sub plumbo, super omnibus et singulis prerogaticis et aliis eis per presentes concessis, etiam per cameram apostolicam, etiam gratis expediri possint, indulgemus et quod suum est, quisque percipiat ac dolis et fraudibus hominum obvietur, dilecto filio nostro Iulio tituli Sancti Laurentii in Damaso presbitero cardinali prefato moderno et pro tempore existenti dicte Romane ecclesie vicecancellario in virtute sancte obedientie et dilectis filiis etiam modernis et, qui pro tempore fuerint, dictam cancellariam regenti et secretariis nostris ac sumiste litterarum apostolicarum, que in camera apostolica expediuntur, ac magistros pöumbi et illius collectoribus et bullatoribus litterarum earundem sub excommunicationis late sententie pena, a qua illam incurrentes non nisi a nobis preterquam in mrotis articulo constituti et integra satisfactione previa absolvi possint, districte precipiendo mandamus, ut nullas ex litteris apostolicis, etiam in forma brevis, quarum ratione annata vel commune [servitium] tunc vel in aliquem eventum solvenda fuerint vel, quod solvi debeant, ex earum continentia tacite vel expresse apparebit, ad bullandum mittant aut ad sigillandum nobis vel successoribus nostris presentent seu alias quoquomodo expediri permittant, nisi prius eis respective per subscriptionem dputatorum pro tempore dicti collegii ad illorum infrascriptos proventus exigendum constet, quod deputatis predictis annata et commune [servitium] huiusmodi vel soluta vel de illis sonvendis idonea cautio data fuerit, et notariis dicte camere apostolice, ut a cassatione cuiuscumque obligationis, cuius vigore annata vel comune [servitium], etiam antiqua, etiam quorum diem iam pridem cesserint et ratione regressuum et cessationis pensionum, annatarum et perceptionis omnium fructuum et reservationis eorum ac unionum perpetuarum et aliarum quarumvis dispensationum quindennii solvenda fuerint, etiam si id per sprecialem signaturam a nobis et dictis nostris successoribus desuper obtenta expresse mandetur, cum nobis de re aliena disponere non liceat, nisi eis similiter constet, quod dictis militibus annate seu comumis [servitii] huiusmodi eos iuxta infradictam assignationem contingentem sit integre satisfactum, penitus se contineat. Qui vero ex regente, secretariis, sumista, bullatoribusve ac notariis prece[p]tum nostrum huiusmodi etiam de speciali mandato upolare [?] presumpserit, ultra dictam excom-

municationis sententiam ad restituendum solvendumque collegio militum huiusmodi duplicem eius, ad quod annate seu communia [servitia] huiusmodi ascenderint, quavis omni exceptione et excusatione cessantibus obligati sint et ad id cogi et compelli possint. Et iidem notarii falsum comittant, eodem quoque littere, etiam in forma brevis. sine deputatorum per dictum collegium subscriptione bullate seu sigillate et gratie in illis contente et cassationes aliter facte sint nulle et habeant penitus pro infectis et non concessis beneficiaque ipsa per nullitatem gratiarum huiusmodi et illarum concessionum, etiam si de dictorum fratrum nostrorum consilio concistorialiter habito emanaverint, tunc vacantia possint a nobis et eadem sede libere impetrari et cum effectu ab impetrantibus obtineri.

Die Ritter erhalten einen banco in der Kanzlei und Ehrenplätze im Konsistorium und bei öffentlichen Aufzügen und dürfen in ihr Wappen die palle der Medici setzen.

Et ad portionem annatarum seu communium [servitorum] huiusmodi dictum collegium concernentem huiusmodi pro eiusdem collegii et litteras expeditionum commoditate percipiendam eidem militibus loca in dictis cancellaria et camera ac etiam pro eorum honore in capella nostra et consistorii sessionibus, processionibus, cavalcatis et aliis actibus publicis eorum conditione idonea mixti [?] cum nostris et pro tempore Romani pontificis scutiferis, prout faciunt advocati et secretarii assignanda esse, prout eadem loca necnon partem armorum nostrorum, videlicet tres pallas rubeas vel duas rubeas et illam celestem, in qua sunt lilia auri, vel sine cuiuslibet eorum propriis armis, sie as habuerint, libere et licite ponendas nobilitatis signum assignamus etiam insignia huiusmodi non deferentes nobilitate predicta non careant.

Ihr receptor und computator unterschreiben auf den Urkunden für den Empfang des Annatenteils.

Eorumque receptorem et computatorem pro portione annatarum collegii huiusmodi manum in litteris apostolicis pro tempore expediendis, prout alii officiales de ipsis annatis participantes apponunt, apponere posse et deber.

Sie gehen in öffentlichen Prozessionen vor dem Papst und tragen, wenn keine ausreichende Zahl von Botschafter vorhanden ist, den päpstlichen Baldachin.

Et prefatos milites alios quoscumque etiam sancti Petri non participantes etiam regum et principum ac ordinum eorundem regum etiam imperatoris et quarumvis militiarum quorumcumque ordinum et hospitalium. etiam Sancti Iohannis Ierosolomitani milites et fratres in incendi ordine etiam coram nobis et pro tempore Romanorum pontificum et in quibusvis aliis procedere (*Or.*: prendere). Et quando nos et Romani pontifices sub baldachino procedent, baldachinum huiusmodi deficientibus principum oratoribus seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamen presentibus deferre.

Ac per se vel alios per dictum collegium deputandos omnes et singulas decimas et alias quotas apostolica auctoritate super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore impositas et imponendas colligere et de omnibus, que eidem camere et aliis restituent, respective pquinque ducatos pro quilibet centinariis ducatorum recipere volumus. Et etiam volumus, quod milites predicti et eorum successores ab omni iocalium nuncupatorum et aliorum quorumcumque iurium in dicta camera omne [?] officiorum militie huiusmodi ipsis nunc et pro tempore concessorum solutione et prestatione sint omnino liberi et exempti et clerici ad notariatus officium pro tempore assumpti ad gestandum notariatus habitum non teneantur. Et qui illum habere voluerint ac pro tempore existentibus collegii dictorum militum defensoribus. in quorum vel alicuius eorum manibus solitum prestant iuramentum. recipiant. Liceatque ipsis defensoribus ipsius collegii nomine et sub communi illius sigillo processus super officio notariatus dumtaxt in ea forma, quam executores in litteris apostolicis ad exhibendum insignia

prothonotariatus huiusmodi pro tempore deputati dari consueverint, dare; processus autem exemptionis pro notariis huiusmodi per cameram expediri solitas a dicta camera iuxta morem solitum recipere et pro eorum singulis cum illos habere voluerint, Leones viginti duos dumtaxat etiam computati iocalibus et camerarii sigillo et non ultra predictae camere persolvere teneantur.

Die 401 Ritter haben dem Papst 401000 Kammergulden bezahlt. Sie erhalten als Verzinsung auf Dauer 10 % der Annaten, Servitien und Quindennien ...

Ceterum cum infrascripti milites quadrignetos unum mille florenos auri de camera pro nostirs et prefate ecclesie necessitatibus sublevandis ac infrascriptorum et assignatorum proventuum pretio seu recompensa de propriis eorum bonis nobis in pecunia persolverint numerata, iustumque sit et apostolice equitati conveniat, ut eorundem militum iure, adiumento et indemnitate taliter consulatur, quod ex bono et caritativo officio, quo in hoc erga nos et dictam Romanam ecclesiam sunt perfuncti, nullo unquam tempore ipsi eorumve successores iacturam aut detrimentum sustineant, de consilio et assensu ac scientia et potestatis plenitudine supradictis eisdem infradictis militibus eorumque in militie officii huiusmodi successoribus in perpetuum decem florenos similes pro quolibet centenario etiam debitarum veterum et nondum solutarum singularum annatarum [et servitorum] communium tam ex ecclesiis et monasteriis quam quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis sedi et camere apostolice, etiam ratione regressuum, accessuum, cessationum, pensionum annuatarum et perceptionum omnium fructuum illorumque assignationum ac unionum et suppressionum et aliarum quarumcumque dispositionum, etiam de quindennio in quindecim aut de viginti annis in viginti annos nunc nunc etiam si iam pridem illorum dies cesserint et pro tempore debitorum et que per ipsam cameram aut agentes pro ea quodcumque post kalendas mensis augusti futuri quomodolibet et qualitercumque exigere poterunt exigere et super eventualibus solutionibus faciendis obligationes et cautiones idoneas petere et haber sine aliqua diminutione, etiam pretextu remissionum et gratiarum per nos et successores nostros quibuslibet personis et locis, cuiusvis gradus, dignitatis et preheminentie fuerint, etiam grandis, etiam talibus, quod de ea oporteret specialem facere mentionem, et ex quibuscunque quantumvis iustis, honestis et rationabilibus ac necessariis causis pro tempore factarum ac speziales inquisitores et collectores in Romanam curiam et extra eam desuper facere et deputare libere et licite possin.

... sowie aus dem Kirchenstaat Einnahmen von jährlich 13560 Gulden aus Narni, 7500 Gulden aus der Mark Ancona, Spoleto und Ascoli, 5600 Gulden aus dem Exarchat und Urbino, Pesaro, Sinigallia und Cervia, 1500 Gulden von der apostolischen Kammer aus dem Salzhandel, 7000 Gulden aus dem Getreidehandel Roms, des Patrimoniums Petri, Perugias und Umbriens, 10500 Gulden aus den römischen Zolleinnahmen, 400 Gulden aus dem Salzhandel von Urbino, Pesaro und Sinigillia, 234 Gulden von drei Burgen, 168 Gulden aus dem Alaunhandel, 60 Gulden aus dem Vikariat von Civitas Vetula, 1016 Gulden aus dem Transportzoll von Terracina und Siena, 500 Gulden aus Zoll und Hafengebühren im Herzogtum Urbino, 300 Gulden aus Corneto, 840 Gulden aus dem Barigellat des Patrimoniums, alles in monatlichen Raten und unter Regelung gewisser Ansprüche der Sekretäre.

necnon ex emolumentis aluminum et thesaurarie patrimonii et gabellarum Narnie camere apostolice spectantibus anno quolibet ducatos tresdecim milia quingentos et sexaginta auri de camera et quolibet mense rata; ex emolumentis thesaurarie et marescalcatu notariatus camere provincie Marchie Anconitane ac salariorum et frumentorum et aliorum bladorum tractarum et maleficiorum dicte provincie et ducatus (Or.: ducatis) Spoletani salariis et thesaurarie Asculi similiter camere apostolice spectantibus anno quolibet ducatos septem milia quinquaginta auri de camera et singulo mense ratam; ex emolumentis salariorum Romandiole, Exarcatus Ravenne, Bononie et datis vini Bononie ac thesaurariatus dictorum locorum ac salis vendendi,

dohaneriis salariatus Marchie et ducatus Urbini, dominiorum Pisauri et Sinogalie et Cervie dicte camere spectantibus anno quolibet quinque milia et sexcentos ducatos auri de camera et singulo mense ratam; ex emolumentis salinarum Alme Urbis et suorum membrorum dicte camere spectantibus anno quolibet mille quingentos ducatos auri de camera et singulo mense ratam; ex emolumentis dohane herbarum patrimonii et Urbis ac thesaurarie Perusie et Umbrie dicte camere spectantibus anno quolibet ducatos septemmilia auri de camera; ex emolumentis dohanarum Urbis ripe et ripette mercium Sancti Eustachii et grassie dicte camere spectantibus anno quolibet decem milia quingentos ducatos auri de camera et singulo mense ratam; ex emolumentis saliarum ducatus Urbini, dominiorum Pisauri et Senegalie dicte camere spectantibus anno quolibet quadringentos ducatos auri de camera et singulo mense ratam, ita tamen, quod rerum predictarum conductores respective ab eis rebus amoveri non possint nisi eis fuerit integraliter de eorum credito etiam cum dicta camera non solidato, si per ipsos conductores non staret, quominus dictum vreditum non solidaretur, satisfactum fuerit, sed illa continuare possint sub eisdem pretiis, modis et pactis, prout de presenti habent, dummodo prefatis militibus dicta emolumenta supra[dicta] assignata mensualiter solverint; et ex emolumentis arcium Civitatis Vetule ducatos septuaginta duos auri de camera quolibet anno, ex arce Montisalti ducatos nonaginta, ex arce Portus Corneti ducatos septuaginta duos similes; ex comissariatu aluminum ducatos centum sexaginta octo similes; ex vicariatu Civitatis Vetula ducatos sexaginta similes; ex dohaneriatu tractarum ducatus quingenti sexdecim similes; ex commissariatu dictarum tractarum patrimonii et aliorum locorum a confinibus Terracine et civitatis Senarum ducatos quingentos similes; et terratica frumentorum per illos de Caparello et alios dohanerios tractarum patrimonii solvi solita et anchoragiorum et directi Civitatis Vetule gabellam ac montium ducatus Urbini emolumenta ab illis de Guidalottis recuperanda aplicamus exceptis tamen ducatos centum quinquaginta similibus, qui solvi debent pro taxis secretariorum; ex dohaneriatu et comissariatu et pretura Corneti ducatos trescentum similes cum onere solvendi ducatos triginta unum similes pro taxis dictorum secretariorum; ex barigellatu patrimonii ducatos octingentos quadraginta (*Or.*: quatragesima) similes cum onere solvendi dictis secretariis.

Die Ansprüche des Johannes Paulus de Argentis und des Livius de Guidalottis werden gesondert geregelt.

Quo quibus rebus videlicet ab emolumentis arcium Civitatis Verule circa recuperandis dictos milites ad summas ducatorum undecim milium noningentorum nonaginta octo et Leonum quattuor de camera computato anchoragio predicto, quos ducatos videlicet undecim milium noningentos nonaginta octo et Leones quattuor Ioanni Paulo de Argentis cum mille quadringentos Livio de Guidalottis de Urbino vel eius fratri, cui vel quibus alias dictos montes concesseramus. solvi volumus, quibus sic solutis concessionem factas de rebus predictis dilecto filio Ioanni Paulo de ARGentis et quibusvis aliis irritamus et invalidos esse decernimus, dummodo infra terminum per totum mensem Iunii proxime futurum dicti milites dictas pecunias restituant, quod si non fecerint, cum dictas res possidentibus desuper concordare possint, pro quibus emolumentis solvendis thesaurariam patrimonii ac tractas frumentorum respective obligamus et ex eis, prout soliti sunt, sine aliquo alio mandato, sed vigore presentium solvi volumus et mandamus.

Weitere Détails, auch betreffend die Ausfuhr ins Königreich Neapel, werden geregelt.

Et insuper volumus, quod durante nostro et sedis apostolice beneplacito cura arcis Civitatis Vetule ac vicariatus et comissariatus et extractus aluminum penes Paulum de Argento, prout nunc sunt, remaneant cum salario ducatorum sexcentum (*Or.*: sexcentonem) auri de camera quolibet anno; et similiter pretori civitatis Corneti per nos confirmando annis singulis ducatorum ducentorum similibus; et barigello annuatim ducatos quingentorum quadraginta similibus

etiam ab ipsis militum mensuatim de supradictis salariis solvendo; et extractis frumentorum farine et tritellorum et aliorum bladorum et leguminum a confinibus Terracine versus regnum Neapolitanum et a confinibus civitatis Senarum versus Almam Urbem per mare etiam ex Alma Urbe extrahendarum unum Leonem, quorum decem ducatum unum auri faciant, pro quolibet rubri collegio predictorum militum ante extractionem solvendum, salvis tamen pro nobis et camera apostolica tractarum huiusmodi. Et pro clericis camere pro tritellorum tracte consue remaneant a quibuscumque personis.

Die Zahlungspflichtigen müssen dem Kolleg monatlich eine Sicherheit für die zu leistenden Zahlungen hinterlegen. andernfalls die Ritter in Selbsthilfe die Zahlungen erzwingen können. Zuwiderhandlungen sind als Diebstahl zu bestrafen.

Et futuri, antequam exigere et officia exercere incipiunt, in cuiuslibet mensis principio in dicta curia et in ducatis auri de camera pro rata contingente sine mora aut excusatione aliqua eidem collegio integre et cum effectu assignandi per idoneos fide et facultate meercatores dictam curiam sequentes cautionem prestare teneantur eis autem cautionem prestare infra octo dies post initos per eos contractus aut concessionem alias obtentas vel assignationem in principio cuiuslibet mensis huiusmodi facere differentibus vel quomodolibet causantibus seu cessantibus, licet militibus prefatis huiusmodi corporalem et actualem possessionem per se vel alium su alios auctoritate presentium, quas in valide et efficacis concessionis obtinere decrevimus, apprehendere et, donec cautio prestetur et assignationes predictae, ut prefertur, fiant, et de damnis et interesse, que dictum collegium inde sustulerit, super quibus eorum defensorium assertionis omnimodo stetur, retinere redditusque inde provenientes in eius, quod eis inde debebatur, solutionem et damnorum ac intersees predictorum refectionem convertere et de residuo dicte camere respondere quavis alia locatione, concessionem ac deputationem quibusvis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis aut dignitatis existant, per nos seu camera apostolica aut alias ex quavis causa facta seu in posterum faciendam quas in huiusmodi eventum ex nunc prout ex tunc et econtra cassamus, revocamus et annullamus ipsosque conductores et officiales ab eisdem amoventes et amotos etiam declaramus ac ipsorum locorum administratione et exercitium collegium militum huiusmodi collegii singulares personas ponimus, substituimus et surrogamus, emolumenta vero et pecuniarum summe annui vel redditus predicta dicto collegio, que a kalendis Augusti proximis currere incipiant et ex quorum toto accensio [?] dilecti filii eis in utroque foro et ut manifestus fur actione furti semper teneatur ac infamie et aliis in fures ac peculatus criminis reos notorios quomodolibet editis penis subiacent.

Von der Zahlung der Einnahmen der Ritter ist niemand ausgenommen, auch keine Kardinäle oder Legaten, und sie gehen auch den üblichen Zahlungen an die Kardinäle im ersten Pontifikatsjahr nach dem Konklave vor.

Statuimus insuper et ordinamus, quod alii quicumque ex alia super quibus emolumenta predicta assignavimus nunc pro tempore detinentes, etiam si sancte Romane ecclesie cardinales aut sedis predictae (*Or.*: predictarum) legati etiam de latere existant et in deductionem alicuius quantumcumque grandis pecuniarum summe nobis et successoribus prefatis etiam pro subventionem onerum eidem Romane ecclesie incumbentium aut ex quacumque quantumcumque efficacissima causa traditi et propterea sibi debiti officia huiusmodi obtineant et hoc publicis appareat documentis ac in eis presentes de verbo ad verbum inserte sint ad prestandum ipsis militibus emolumenta eis per nos assignata et applicata huiusmodi omnino teneantur nec adversus premissa possint aliquo se tueri ac defendere vel excusare ipsique assignati proventus perpetuis futuris temporibus in omnibus et singulis locationibus, venditionibus et aliis etiam gratis concessionibus quibusvis personis etiam cardinalibus et legatis predictis et officiis eisdem per nos et successoribus ac sedem prefatam faciendis necnon distributionibus et divisio-

nibus et in conclavi primo anno novi pontificatus inter cardinales fieri solitis nullatenus comprehendantur, sed intelligantur et sint ab illius semper excepti.

Die apostolische Kammer wird zur Einhaltung dieser Regelungen verpflichtet.

Teneanturque camerarius, thesaurarius generalis nostri et successorum nostrorum presidentes et clerici dicte camere apostolice in omnibus contractibus cum quibusvis personis desuper propterea iniendis emolumenta et proventus assignata et applicata huiusmodi specificè nominatim et expresse excipere et reservare eidem collegio integre solvenda et efficaciter prestanda. Et nichilominus moderni et qui pro tempore fuerint conductores de dictis proventibus seu florenorum summis, prout eorum quemlibet respective contingi, moderni videlicet ex nunc etiam dominis etiam exemptis exceptis Cornetanis, qui ad solutionem dicti Leonis non teneantur, quia tertia pars frumentorum nobis et camere apostolice per eos annis singulis pro certo convento pretio assignantur, ideo dictum Leonem solvere non debent, extractis aluminum et alumeriis Tulfæ et magazenis Civitatis Vetule et aliorum locorum sancte Romane ecclesie extrahendorum pro quolibet centenario Leonem unum similiter assignamus, expresse declarantes, quod pro aluminibus modernorum appaltatorum ipsi contradicentibus usque ad kalendas Iunii millesimi quingentesimi vigessimi quinti anni nil exigere possint, dictorum militum collegio sive eorum receptoribus integre persolvendum perpetuo aplicamus, ita, ut nulla ratione nulloque casu fortuito, etiam inexcogitabili, minui vel alias alterari possint in recompensam dictorum quadringentorum unius milium ducatorum, quos ab eis, ut prefertur, recepimus in evidentem dicte Romane ecclesie utilitatem ipsorum qualitate pensata, de quo nos et dicti fratres nostri plenam fidem facimus ac eidem collegio deputationes commissariorum et aliorum officialium aluminum et aliarum rerum predictarum, ex quibus predictis proventus eis assignantur huiusmodi ubilibet deputandorum per eos libere faciendas, ita, quod computa ipsorum aluminum, tractarum, bladorum et aliorum proventuum camere apostolice debitorum videre possint, concedimus, tradimus et assignamus.

Wer annaten- und servitienpflichtige Urkunden ohne die Unterschrift der deputati der Ritter expediert oder verwendet, unterliegt automatisch den Strafen der Urkundenfälschung.

Statuentes edicto, quod quicumque litteras aliquas ex quibus ratione ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet in eis comprehensorum annata vel commune [servitium] huiusmodi solvenda fuerit, sine deputatorum predictorum subscriptione per se vel alium expedire procuraverit aut illis quomodolibet usus fuerit, omnes et singulas sententias, censuras et penas in litterarum apostolicarum falsarios promulgatas incurrere censeantur eo ipso. Ac qui milites predictos proventibus et emolumentis eis per nos assignatis et aplicatis huiusmodi modo aliquo fraudaverint, ad interesse nostri Laurentius Sanctorum Quattuor Coronatorum et Franciscus Sancti Calixti titulorum presbiteri cardinales et eorum quilibet quolibet mense cum onere, quod litterarum, quarum ratione annata et communia [servitia] huiusmodi sint solvenda ad collegium seu ab eis deputatos huiusmodi, antequam in expeditione proponantur, mittere debeant mense quolibet tres ducatos similes.

Die Einnahmen des Kollegs werden, nach Abzug der Gehälter der Funktionäre, gleichmäßig an die Mitglieder verteilt, wobei die Kammerkleriker, die die Einnahmen zu schützen haben, eine Portion erhalten.

Et dicti collegii officiales salaria eis de eorundem collegii consensu constituenda percipiant hiis omnibus primum deductis in equales portiones in fine cuiuslibet mensis dividantur, ex quibus clerici camere unam habeant cum honore defendendi et protegendi collegium ipsum eiusque iura et emolumenta; relique vero portiones inter singulos predictos tam presentes quam absentes fideliter distribuantur.

Sicherstellung der Einnahmen, falls das Kolleg aufgehoben oder verkleinert wird, und vollständige Rückzahlung der Kaufsummen ohne Anrechnung erzielter Einnahmen..

